



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 71. Congregatio pro examinanda Henrici VI. vita Romæ habita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1504.\*

§. LXXI.

*Congregatio pro examinanda Henrici VI. vita Romæ habitata.*

*Bacon. loc.  
supr. cit.*

Interim vero Pontifex, cum Angliæ Regis precibus omnino repulsam dare nollet, in cunctatione consilium quærebatur, sperans, Regem longioris moræ fastidio victum, a petito destitutum. Nihilominus Legatus rem ardentius urgens, Pontificis patientiam expugnavit, eumque adegit, ut Cardinalium Congregationem haberi concederet, in qua Henrici VI. vita discuteretur, & testes de ejus Sanctitate rite interrogarentur. Verum hac ipsamet ratione causa absque decisionis spe protrahebatur, imo ipsimet Commissarii Legato exponebant, quod forte defuncti Regis memoriæ melius consuleretur, si res omnino indecisa relinqueretur, cum semper pronum esset dicere, quod adhucdum Canonisationis acta instruantur; si vero causa decideretur, fors sententia minus propitia foret timenda. Attamen Legatus omnino iudicium ferri contendebat, cujus tamen votis minime favebat sententia, quæ quamvis religioso admodum silentio premeretur, progressu tamen temporis compertum exstabat, Cardinales, testibus

bus rite examinatis declarasse, quod Sæcul. XVI. A.C. 1504.  
 Henrici VI. vitam magis natus animi  
 candor, ac ingenii imbecillitas, quam  
 virtutum eminentia inclytam reddiderint.  
 Henricus VII. hac sententia permotus,  
 causam urgere destitit; perperam ergo  
 Protestantum nonnemo in sua Angliæ De Rapin. Thoiras hist. Angl.  
 Historia scripsit, Henricum expensarum,  
 quas in Canonisationis solemnibus im-  
 pendere debuisset, magnitudine territum,  
 hanc causam missam fecisse.

§. LXXII.

*Pax Venetos inter & Turcas.*

Tandem hoc anno Veneti Turcarum Guic. lib 6. Justin. lib. 10. Crom. l. 30.  
 bello fracti, pacem cum Bajazethe  
 ineunt, quem ut ad honesta compelle-  
 rent foedera, eidem erepta cedunt, ur-  
 bemque S. Mauræ restitunt: quin e-  
 tiam referunt nonnulli, illos tributum Ba-  
 jazethi ad impetrandam pacem promi-  
 sisse. Retinuerunt tamen Veneti Ce-  
 phaleniam Insulam, quæ in mari Jonico  
 e regione respicit Patrensem, ac Naupa-  
 tensem sinus inter Achajam, & Mo- Spond. hoc ann. num. 5.  
 ream sitos, qui etiam a Republica Anno  
 Domini millesimo quadringentesimo no-  
 nagesimo nono expugnati fuere. Hanc Marian. l 28 n. 45. & 58.  
 igitur Insulam expulso Turcarum præsi-  
 dio, rursus Christiani incolæ frequen-  
 tabant. Ceterum pax illa a Venetis ma-  
 ximo.